

vermes, Crinos Galli appellant, qui pellent suffidentes eo pueros incommodo afficiunt, ut cibo quidem & somno refici, proficere vero quidquam non finant. Horum figura oculorum iudicio brevem rudemque crinem vel setam suillam exhibet, cum scilicet loci calor & mellis affictus vermes illos in lucem extruderint. Oculis microscopio instrutis cernuntur; colori sunt cinereo, longioribus cornibus, amplis oculis & rotundis, caudâ oblongâ, & in extremitate villosâ. Plerumque muculosas dorsi, scapularum, surarum partes infestant, pruritumque fixum in epidermis, clamores, vigilias, agitationem in pueris inducunt. Huic incommodo infirmiores & delicatuli infantes potissimum obnoxii sunt. Figuram autem utriusque, de quibus egimus, infecti, qualis per microscopium cernitur, videbis aere incisam in Actis Eruditorum Lipsiensibus.

Febres, quas putridas vocant, ex vermis, & eâ, quam appellant putrefactio-  
ne animata plures accersunt; ex putri-  
enim massa, inquunt, ebulliens vermium  
turba totum excurrunt corpus, aculeis  
suis carnem transfodiunt, eaque omnia  
inducentes incommoda, qua in febribus  
cernimus. Vermibus scatere variolorum  
putulas ope microscopii Berillus depre-  
hendit; sicut & Petrus à Castro in lue  
Neapolitana bubones contagiosos vermium  
suisse scatibas oculatus testis affirmavit.

Quid cancer morbus? nonne vermes  
sunt, qui è morticino ulcere ebullientes,  
novos ex se fœtus emittere, novas cor-  
rumperem partes nunquam deflunt? Quid  
pestis? nisi venenum seu infecta quedam,  
juxta nonnullorum Medicorum doctrinam,  
per aera diffusa, qua per canalem respi-  
rationis in animalia se insinuare, totum  
que corpus, sanguinem, nervos, partes  
solidas turbare noverunt? Hanc inverun-  
rationem Physici recentiores, ut epidemicorum  
morborum contagionem explicent;  
rati nimis ex bubonibus contagiosis in-  
fecta quedam alis instructa in circumfu-  
sum aërem erumpere, qua adstantes dum  
invadunt, in exito simul morbo occidunt.  
Hæc exactissimis experimentis comperisse  
se sancte affirmant.

i lib. I. cap. 14.  
de Medic. Egy-  
pt.

Prosper Alpinus (*i*), qui Ægyptios  
morbos sedulo examine discussit, autumat  
lepram, quo morbi genere plures & foeces  
homines afficiuntur, ex eo potissimum in-  
ductam, quod putrefactibus & corruptis  
aquis in potum utantur, visitent vero  
carnibus boum, camelii, sicut & piscium  
sæde maceratis jam computrefactibus,  
quos lacunosa quedam aqua sufficiunt; nec  
modice conferre ad luem illam alendam  
censet corruptum quendam & salse mace-  
ratum cafeum, cuius viliissimum pretium  
egenos quoque homines invitat.

Qua cum ita sint, validum pro veri-  
tate nostri systematis argumentum deduci-  
tur; quemadmodum enim varia hæc mor-  
borum genera ad unam eandemque ver-  
mum causam referenda sunt, ita planè  
lepram à vermis repetere non incon-  
gruum arbitramur. Sed ut rem in aper-

tam veritatis lucem ponamus, ejus mor-  
bi effectus omnes ex eadem causa commoda  
derivari posse demonstrandum suscipimus.

Lepræ morbus, ex Medicorum doctrina,  
non totum simul hominem corripit,  
sed pedetentim gliscens, ad eum morbi  
statum evadit, cuius indolem virulentam  
latè supra descripsum. Primo leniter af-  
fecta polli ægrotum velicit, hinc scal-  
pendi pruritus, ex quo ulcera, ungubus  
namque disessa caro procacem ad interio-  
ra manum invitat. Inductæ inde vulnera  
bus crustæ, & squammæ totam corporis  
faciem obducunt. His autem squamis  
alendis fluens purulenti humoris vena ape-  
ritur, qua, veteribus non sine dolore è  
corpo decadentibus, in novas crustas  
concrevit. Antequam morbus ad ultimam  
desperationem deveniens medicas manus  
recusat, putulas referat alentes, inæqua-  
les, lucidas, & albâ cuspide, rubenti sive  
albenti basi, quibus totum corpus disse-  
minatur. Omnia sane hac nostro systemati  
quadrant.

Namque subtiles illi vermiculi in epi-  
dermem irrepentes, scallâ sibi per illam  
viâ ad cuticulam penetrant, eamque, que  
tactus sedes est, aculeis appetentes, pruri-  
tum caufant molestissimum. Hinc aperto  
sibi ad interiora aditu, glandulas papil-  
lares sub cuticula delitefentes aggrediu-  
tur; ex quo servescere humores atque in-  
putulas illas albenti cacumine, rubrâque  
basi ebullire contingit. Hisce alendis pu-  
tulas humor è glandibus stillat perpetuus,  
& pro vario ægroti temperamento sive bi-  
lio, sive sanguineo, sive melano-  
lico, variis inde etiam pustularum co-  
lor, sicut & lepræ genera a Medicis di-  
stincta. Affectæ carnis color immutatur,  
pili tenuiores, & flavi redduntur; super-  
ficies, qua lepræ subest, deprimitur; ac  
tandem contagiosus eo morbo nihil est.  
Hæc omnia prona sunt; carnem enim de-  
pascentes vermiculi, id efficiunt, ne fan-  
guine ultra & humoribus vegetetur:  
quare depasci illa facilis, reparari difficilis:  
hinc pili ex glandulis corruptis &  
abrosis difficilè humorem trahentes, co-  
lore efficiunt pallenti, & languescent,  
veluti plantæ in arido, & petroso solo.

Cum autem vermes motu sint, aviditate  
& numero ultra fidem, hinc facile ex  
uno in aliud corpus transmeant; qua-  
re validum vegetumque virum adorti, pru-  
ritum statim excitant, salvis interea omni-  
bus manentibus, ac sanguinis & humo-  
rum economiâ ne minimum quidem tur-  
batâ. Sed brevis hæc rerum tranquillitas;  
namque infecta illa cum primù ad glan-  
dulas penetraverit, omnia turbant, caro  
statim squamnis, & crustis obducitur;  
fanies undique stillat. Hujus purulenti  
humoris materiali suppedant capillares  
quædam vena, quarum abrofa à vermi-  
bus ora jugem stillant serum, in sanie-  
& squammas concrevens.

Porrò sanguinem melancholicum pi-  
grum, acrem, viscidum &c. lepræ causam,  
& originem esse vix mihi persuaderim;  
cur enim alioquin non eadem sanguinis,

&amp;

& humorum dispositiones in omnibus, in  
quibus prima suboriente morbi præludia  
deprehenderentur? Paria etiam animadver-  
terentur in iis, qui morbum contagione  
contrahunt; nisi id maluerimus, noxias  
sanguinis qualitates unâ cum morbo trans-  
mitti. Hæc autem omnia neque in ani-  
mum inducere possimus, atque ne in-  
ducamus experientiâ ipsâ cogimur, quippe  
qua contagione quidem contrahi mor-  
bum demonstrat, quamquam nihil primò  
de tota sanguinis economiâ immutatum  
apparet. Fateor quidem non defuisse Me-  
dicos, qui interiora prius depascere,  
morbum, quām in externum prodeat,  
suscitant; sed mallem opinionis suæ  
certioria ab illis argumenta afferri.

Tantum profecto abest, ut sanguis ille,  
viscidus &c. lepram inducat, ut potius a  
lepra ipse induci videatur. Sanguinem  
enim melanocholicum vitiat, indigestus,  
ac male excoctus chymus efficit; indige-  
stum chymum reddit tenuis stomachi, &  
sanguinis calor; qua planè omnia ex de-  
fectu spirituum vitalium & admixtione hu-  
moris viscidæ, crassioris, lenti, terrestris  
derivata scimus. Porrò hæc omnia in no-  
stra hypothesi plana sunt, & ultrè sequuntur.  
Morbus hunc cancrum esse universale  
ex Avicenna supra animadvertisimus;  
quare sicut in cancro totius morbi origo  
ex corruptione glandulæ, cujus turbari  
œconomiam contigit, repetitur; corrupta  
enim in glandulâ diutius retentum humores,  
& fermentari inter se, acescere, simu-  
que corrupti coguntur; ex quo in vene-  
num mordax transmutati, virus in partes  
ulceri proximas inferunt. Cum autem hu-  
mor iste acer ope circulationis in vafa re-  
ducatur, primò quidem tenuum efficit al-  
terationem; sed berevi vîm suam exercens,  
totam sanguinis massam corruptit; ut ab  
eo perniciose morbo convalefcendi vix al-  
terum suppetat remedium, quām, ut re-  
fectis morbo affectis partibus, noxia fan-  
guinis, & humorum qualitas corrigitur.

In lepra tamen sicuti vis morbi major,  
ita latior corruptio; omnes enim corporis  
partes lepra affectæ, vermis scatent,  
eandemque referunt acris humoris maligni-  
tatem, quam supra in cancro animadvertisimus.  
Semel autem turbatâ œconomia glan-  
dularum, qua per totam corporis faciem  
infra cuticulam disseminantur; sicut & ar-  
terii, nervis, venis, vasis lymphaticis,  
ex quibus constitutæ glandulae, corruptis,  
sive loco submotis, facile humores ace-  
scere, atque fermentari contigit. Cum  
autem humores illi ita affecti ad eorū &  
ad sanguinis massam per circulationem de-  
lati fuerint, nihil imperturbatum relin-  
quent; nec modicum ad eam confusioneum  
augendam conferre potest chymus male ex-  
coctus, & digestus defectu caloris, qui pa-  
tentibus totius corporis poris, unde vita-  
lis humor effluit, vel totus evaporat, vel  
alimento carens extinguitur.

Ad hæc sanguinem, interfluendum, con-  
tractæ serositates, & salti illi humores, qui  
per sudorem diffundantur, simulque fuligines,  
cum per apertos à natura meatus emitti

non possint, sanguinem ipsum aciorem,  
crassorem, segnioremque efficiunt. Acci-  
dere etiam potest, ut sanguinis calor, con-  
trariis planè causis, veluti infusâ & vio-  
lentâ fermentatione, seu transpiratione plus  
nimio auctus, in toto corpore vehementer  
illam humorum conturbationem, qualē  
lepræ adscriptum, inducat.

Ex his omnibus facile intelligimus, pri-  
mam lepræ originem ad vitiam quidem  
corporis, & sanguinis habitudinem ita  
referri potuisse, ut propior, & immedia-  
ta causa ex vermiculis epidermim, pellem,  
glandulas, & carnem depascientibus deduc-  
atur. His enim accepta referuntur totius  
sanguinis corruptio, calor vitiosus, om-  
nia tandem lepræ symptomata, ac tanta  
morbi pervicacia, qua vix ac ne vix qui-  
dem morbo jam veterascente medicami-  
num vi retundatur.

Morbus iste in nostris regionibus sicut  
& in septentrionalibus rarer, sub climati-  
bus fervidioribus, & in Oriente frequen-  
tior est, ubi infecta illa sive copiâ, seu  
vividiori ad nocendum virtute magis pol-  
lent. Mala vestium, cubilium, domorum  
habitu plurimum alendo morbo conser-  
vatur. Morbus hunc cancrum esse universale  
ex Avicenna supra animadvertisimus;  
quare sicut in cancro totius morbi origo  
ex corruptione glandulæ, cujus turbari  
œconomiam contigit, repetitur; corrupta  
enim in glandulâ diutius retentum humores,  
& fermentari inter se, acescere, simu-  
que corrupti coguntur; ex quo in vene-  
num mordax transmutati, virus in partes  
ulceri proximas inferunt. Cum autem hu-  
mor iste acer ope circulationis in vafa re-  
ducatur, primò quidem tenuum efficit al-  
terationem; sed berevi vîm suam exercens,  
totam sanguinis massam corruptit; ut ab  
eo perniciose morbo convalefcendi vix al-  
terum suppetat remedium, quām, ut re-  
fectis morbo affectis partibus, noxia fan-  
guinis, & humorum qualitas corrigitur.

In lepram tamen sicuti vis morbi major,  
ita latior corruptio; omnes enim corporis  
partes lepra affectæ, vermis scatent,  
eandemque referunt acris humoris maligni-  
tatem, quam supra in cancro animadvertisimus.  
Semel autem turbatâ œconomia glan-  
dularum, qua per totam corporis faciem  
infra cuticulam disseminantur; sicut & ar-  
terii, nervis, venis, vasis lymphaticis,  
ex quibus constitutæ glandulae, corruptis,  
sive loco submotis, facile humores ace-  
scere, atque fermentari contigit. Cum  
autem humores illi ita affecti ad eorū &  
ad sanguinis massam per circulationem de-  
lati fuerint, nihil imperturbatum relin-  
quent; nec modicum ad eam confusioneum  
augendam conferre potest chymus male ex-  
coctus, & digestus defectu caloris, qui pa-  
tentibus totius corporis poris, unde vita-  
lis humor effluit, vel totus evaporat, vel  
alimento carens extinguitur.

Si vero, inquit Moyses, idem in ma-  
culis status manerit, lotus pannus ad alios  
septem dies custodiatur; si post id tempori-  
us macula non aucta quidem, permane-  
re tamen deprehendantur, igni nihilominus  
res illa tanquam impura tradenda; cer-  
tum enim lepræ indicium est, vel saltem ma-  
cula ipsi stamini inhærens, quam scilicet  
igne

I Levit. 13. 26.  
Hinneh che-  
bab.

igne expiari oportet. Si verò macula illa, vel locus, qui lepræ suspicionem induxit, eundem exhibeat colorem, eamdemque ser-  
vet habitudinem, quam pannus ille igne  
crematus haberet (*l*), nempè locus esset  
reliqua superficie depresso; statim frustu-  
lum à reliquo panno avellatur. Tandem si  
post hæc omnia, indicia lepræ in vestes  
gliscens deprehenduntur, ubi scilicet nulla  
antea observata fuerant; tunc vestis  
igne damnetur; immunis verò pronun-  
cietur, si nulla extensus ejus rei indicia;  
tunc enim semel prius, iterumque lata pu-  
ra esto. Hæc de lepra vestium Moyses;  
en nostra è de re conjecturæ.

Hanc igitur lepram ex eadem vermium  
pannos vitiantium causâ derivandum  
censeo.

Tineas, quibus panni diutius inclusi cor-  
rumpuntur, vermes esse, res est apud om-  
nes exploratissima. Scitum est etiam ma-  
le paratas pelles huic incommodo præ cæ-  
teris exponi, quemadmodum & tineis fre-  
quenter scarent aulae Arvernæ pingui-  
oribus lanis contexta. Huic malo depositis  
inter pannis plicas candelis occurrit; ver-  
mes illi pronam ceram naði, relicto panno,  
candelam abroudunt. In Regionibus  
solis espositis, & cā potissimum astate cum  
parandi pelles & lanas ars minùs erat ex-  
plorata, magis certè incommodum pannis  
omnibus, & vestibus ex tineis timebatur.  
Cum autem nec vestes per eam astate fre-  
quenter immutari consueverint, nec id fa-  
cile potuerint Israelite in deserto ite-  
gentes, sicut & per eam occasionem nullus  
fuerit balnearius usus; binc facile co-  
rum vestes contrahere fordes, adeoque  
& vermes potuerant. Carbasini quidem  
telis præ alis omnibus tineis parcere con-  
sueverunt; pannis verò cæteris, ac telæ  
ex retoro pluribus filamentis flamine con-  
textis, plus ab his vermis, nec minùs  
fanè quam cæteris aliis pannis, timendum  
fuerat. Facili etiam frequentes erant apud  
Iudeos vestes illæ, quarum deinde usum  
Moyses inhibuit; ex lino nempè, & lana  
contextæ, quod certè panni genus contra-  
hendis tineis apotissimum est.

Eā hypothesis semel constitutā, ut in le-  
pra vestium à Moyse significatā vermes,  
vestes illas & pannos abrodetus, planum  
est concipiamus. Coloris in panno muta-  
tio, macularum vitium auctum, depresso  
superficies, veluti si igne afflata, suis est;  
hic, inquam, omnia commode explican-  
tur, si vermes inducamus vestimenta infes-  
tantia; dum potissimum morbiorem ali-  
quam panni partem naði fuerint. Facile  
insecta illa ex uno in alterum locum trans-  
migrant, & dum sedem immutant, prior  
regionem adē vasteatam relinquent,  
quasi si flammæ afflatus esset locus. Cra-  
fiora enim, & solida filamenta, ipsaque  
panni texture manet; cum interim te-  
nuior superficies, ac lanæ villus depasti  
fint.

Jubet igitur Moyses, vestes illas, ut  
primū certum lepræ indicium exhibue-  
rint, igne absumi; neque enim fieri po-  
tuisse creditit, ut à vermis, quibus sca-  
proji-

tent, repurgarentur; sicut eam adhibendam  
cautionem censuit, ne lues in reliquias ve-  
stes propagaretur.

Quin & id consilium habuisse Moyses  
potuit, ne scilicet lues ex vestibus in ho-  
mines transire; quanquam enim in nostro  
climate & vestiendi consuetudine vix con-  
tingat vestium vermes ad homines trans-  
ire, non est tamen cur paria de eorum  
climate arbitremur. In ferventibus enim  
regionibus insecta abundant magis, quam  
in septentrionalibus; neque Moyses etate  
humanis commodis adē ars & inventa  
homini servierant, quemadmodum no-  
stræ, qua & cætera omnia, & artes ipse  
mechanice in paradisi telis, pannis, & pel-  
libus ad ultimam perfectionem devenerunt.

Quicumque Sinicas regiones excurre-  
runt, quantum Sinenses illi adhibeant di-  
lignantia curandis vestibus, & pellibus, ne  
quid vermium per æstatis fervorem contra-  
hant, nobis retulerunt. Porro pelles &  
pellicias vestes frequentes apud Hebreos  
obtinuisse Sacra Scripturæ ipsa referente  
discimus. Earum usus in velamentis Ta-  
bernaculi, in tentoriis militum, in vul-  
garibus Prophetarum vestibus occurrit.  
Moyses cā de re sermonem habet Levit.  
capp. 11. 32. & 13. 48. 59 & 15. 17. ve-  
luti de re in vestibus, & culicis usitatissi-  
ma. Quid Veteres Heroës? Nonne exuvii  
ursorum, tigridum, leonum, aliarumque  
belluarum induti pinguntur? veluti, ait  
Festus, si eo indicio priorum hominum ve-  
stes nobis designarentur. Arabes, Turcæ,  
Scythæ, Pannones, Moschi nostræ etiam  
astate pelle in vestibus, culicis, tentoriis,  
mensis adhibent. Pelles fanè omnes, &  
velleræ, nisi sedulæ arte parentur, ver-  
mes facile, camque, quam Moyses vocat  
lepram vestium, contrahunt.

Porro de vermis, vestimenta corrum-  
pentibus frequens est in Sacra Scriptura  
fermo, veluti si res esset cā etate explo-  
ratissima. Job. c. g. ait (m) Quasi putre-  
do consumendus sum, & quasi vestimentum  
quod comeditur à tinea. Salomon in Prov.  
25. 20. Sicut tinea vestimento, & vermis li-  
gno; ita tristitia viri noct cordi. Iffai. 5. 8.  
Sicut vestimentum, sic comedet eos ver-  
mis, & sic lanam, sic devorabit eos ti-  
nea (n).

Ædium Lepra, de qua Levit. 14. &c. Is-  
raelitis, cum potissimum in Ægypto ver-  
santur, notissima creditur; nec fanè in  
Chanaanitide, quod ipsi transmigrabant,  
lues erat extranea; quod enim in deser-  
to cā de re Moyses sancivit, id fanè ad  
futuras gentis sedes referendum fuerat;  
cum nullæ tunc essent populo edes, qui-  
bus à lepra caveret. Ita verò Moyses de  
lepra domorum. Cum in parietibus do-  
mús inæqualis superficies non sine sub-  
viridi, vel subrubro colore infecta appar-  
uerit; statim cā de re monitus Sacerdos af-  
portari omnia è domo, atque vacuanæ fe-  
tem diebus clausam custodiri præcipiet.  
Eo tempore spatiæ evoluto, si indicia  
mori crevisse, atque lues intimus pene-  
trasse deprehendatur, avulsi è pariete la-  
rides in locum extra Urbem immundum

m Job. 13. 28.

n Vide etiam  
Ose. 5. 12. Iffai.  
50. 9. Ps. 38.  
12. Eccl. 4. 2.

13.

projiciantur, tum & parietes abradi, &  
eratrum pulverem extra Urbem spargi præ-  
cipiet. Demum novâ calce oblitâ inter-  
iora domûs, atque puris lapidibus in lo-  
cum impurorum substituit, oblatu prius  
pro ejus expiatione duorum passerum sa-  
crificio, salva erunt omnia. Si quid tamen  
deinde veteris lepræ occurrerit, tunc in-  
veterati, & pervicacis morbi indicum  
esto; quare eversæ statim domus rudera  
omnia extra Urbem in locum impurum  
projiciantur. Hæc Moyses; ha verò cā  
de re nostræ conjectura.

Ope microscopi (o) vermiculi quidam  
lapides abrodetus detecti sunt, quos  
colore nigricantes, duabus lineis circiter  
oblóngos, tribus lineis quadrantibus latos,  
testa subnigra munitos, defribunt. Ad-  
dunt etiam tribus illos pedibus capití pro-  
ximioribus ex utroque latere instructos  
esse, pediculis instar, sicut & caput habere  
pro reliquo corpore crassius: gulam ferunt  
quatuor mandibulis in crucis modum con-  
formati paratam; has autem mandibulas  
semper habent expeditas, atque instar cir-  
cini quadripartiti lateris removent; oculos  
tandem gerunt rotundos nigricantesque.  
Mortaria pariter vermiculorum, tineis casei  
nihilo minorum, exercitus rodit: subnigri  
illi, & quatuor longioribus pedibus ex utro-  
que latere instructi. Neque est cur cā de  
re vehementer miremur, cum nihil fre-  
quentius occurrat, quam corallii ramuscu-  
li, atque concha pulcherrime vermis  
pervixæ, quin & vitri vermiculati frustu-  
pervixæ, è cuius plures etiam for-  
mulis educti vermes. Hæc igitur infectio-  
rum generæ, à quibus nec lapides, nec  
parietes immunes sunt, cavenda Moyses  
edidit. Solent autem vermes illi humili-  
corrumperentur.

Consule nostram Dissertationem in mor-  
bum Jobi, ubi eam in rem plura conges-  
mus, demonstrare conati, veneros morbos  
& lepræ genus esse, & apud Veteres non  
ignotos.

## DISSERTATIO DE MOLOCH DEO AMMONITARUM.

**C**UM tria sint Deorum nomi-  
na, quorum in scriptis Mo-  
saicis mentio recurrat, nem-  
pè Moloch, Phlegor, & Chamo-  
mos; singulis dissertationi-  
bus agendum de illis seorsum  
constitutimus. Par cā enim ut de vetustis  
sumis, quæ uspiam occurrant, Numinibus,  
quorum aliquin frequens est in S. Scrip-  
turâ mentio, atque Israelitis sapissime  
fuerunt offendicula, exactius aliquid af-  
feratur in medium. Primus igitur pro-  
deat, qui primus etiam in Scriptura legi-  
tur, Moloch; de cuius figura, genio,  
cultu, cultoribus, quemadmodum & de-  
affinitate cum cæteris Paganorum Numi-  
nibus, disquiramus. Qua in re non pat-  
Differ. Calmet. Tom. I.

vo nobis erunt adjumento doctissimorum  
Virorum [ ] de hoc arguento Lucubra-  
tiones, quibus novi aliquid de nostro ad-  
jungendum suscipiemus.

Cautum est Israelitis (b), ne filios suos  
per ignem traducere usquam in cultum  
Moloch audeant; quod etiam præceptum  
Moyses iterum validius inculcans (c), la-  
pidum ab universo populo injiciendorum  
supplicium in transgressores edicit; tum  
Dei verbis hæc addit: Ego ponam faciem  
meam contra illum, succidamque illum de  
medio populi sui, eo quod dederit de se-  
mine suo Moloch, & contaminaverit San-  
ctorium meum, & polluerit nomen san-  
ctorum meorum. Quod si negligens populus  
terra & quasi parvipendens imperium meum

a Selden. Sym-  
tag. de Diis  
Syris. Spencer.  
de legib. Hebr.  
ritual. 1. 2. c.  
10. Voss. de  
orig. & progr.  
Idioli. 1. 2. c. 5.

b Levit. 17.  
21. De semine  
tuo non dabis  
ut consecretur  
Moloch.

c Levit. 20. 2.  
&c.

L di-